Centum florenorum perpetue convertendo, ac in bonis omnibus terrestris et obligatoriis mobilibus et immobilibus prefati Lubienieczki propriis extendendo absque quovis decreto officii. Insuper praenominatus recognoscens se successores suos, in et super omnibus bonis suis nunc et in posterum habitis et habendis obligat et inscribit praeterea in instrumento Castrensi Praemisliensi ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia infra decursum unius anni transferre et transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio similis summae quinquaginta florenorum perpetuae monetae et numerum polonicum. Pro quibus vadio et vadiis ex quacumque re et causa succubitur et succumbendo prefatus Lubienieczki cum successoribus suis per prefatum Jarmolinski vel eius posteros citatus, extunc inherendo in toto suo priori recessioni coram Castrensi Praemisliensi officio cui se prefatus recognoscens cum suis posteris (actus praesentis respectu) quo ad respondendum subiicit et incorporat, in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac per prefatum vadio et vadiis ab officio illo ad quod sic citabitur non recedendo, re ipsa satisfacere, omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, evasionibus, motionibus, appellationibus earumque per ad citationes prosequutionibus, decretis quibusvis legalibus, actione per maiori, vera vel simplici infirmitatibus, poena trium marcarum et triplici poena, ac aliis quibusvis legalibus impedimentis, mala citatione et intempestiva eiusdem positione, malo processu iure, mala condemnatione lucri, ac eandem condemnationi lucri processum iudiciarium malum non obiicientes, nec vadium aut vadia huiusmodi quibusvis dilationibus ex industria humana exquisitis et excogitandis, de iureque et consuetudine dari solitis, evadendo, sive quorumque successorum sub amissione totius causae, tenebitur praedictus Lubienieczki cum suis posteris. Nulla praescriptione terrestri in praemissis omnibus obstante. Quod memoriali firmatum est.

Herborthowski Hnr Blazowski

Constitutus personaliter ad officium et ad acta praesentia Castrensi Praemisliensi Nobilis Nicolaus Herborthowski, a iure et foro suis quibusvis propriis recedendo, praesenti vero Castrensi Praemisliensi in iudicium se cum successoribus bonisque suis omnibus in toto quo ad affectum praesentis inscriptionis attinet incorporandum et subiicientem, et corpore sanus exercitus per expressum recognovit Quia Nobili Andreae Blazowski et successoribus eius summam triginta florenorum perpetuae monetae et numerum polonicum certi veri et liquidi debiti mutuatique perpetuae tenetur et est debitus, praedictus obligatus pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere, realiter et cum effectu ad acta praesentia reponere et relinquere, repositum non exsidebitur neque arrestare. In defectu vero praetermissae solutionis summae praefatae, debet ac tenebitur praefatus recognoscens cum suis posteris in crastino eiusdem diei solutioni assignatum, praefato creditori, ac se successores bonaque sua omnia obligat et inscribit dare et libere admittere in tenorem et actualem pacificamque possessionem in unum Cmethonem Ostasz Myczkowicz in Wola Blazowska consistentem per Minister terrestrem quemcumque sibi duxerit ad intromittendum iam exnunc

726. 728

per officium praesentis ad id additum sub vadio similis summae triginta florenorum perpetuae monetae polonicae. Per ipsum Blazowski et successores eius bona praefata in summa eadem triginta florenorum perpetuae tenendo habendo et possidendo, cum omni iure, dominio, proprietate ac cum omnibus fructibus laboribus censibus, atque quantum universis utilitatibus ab eodem Cmethone provenientibus, et prout ipsemet eundem Cmethonem tenebat, possidebat, illeque utifruebatur, vel ipse et suis successoribus ibidem reservando a tempore accepte possessionis ad festum Nativitatis Christi proximum. Et in defectu praetermissae exemptionis ad alius simile festum Nativitatis Domini et sic consequenter de anno in annum, annis se se continue sequentibus usque ad exemptionem et summae triginta florenorum perpetuae coniunctim persolutionem, Debebitque praedictus recognoscens cum suis successoribus quos secum in et super bonis suis omnibus onerat et inscribit, praedictum creditorem et posteros eius in bonis praefatis et occasione eorundem, ab omni quavis impeditione iuridica et extraiuridica, tum iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus, necnon debitis, vinculis, reformationibus, adnitalitatibusque, ac omnibus citationibus, concitationibus, lucris plurimis, vadiis triplicatis super bonis praefatis importatis et importandis, continuatisque et continuandis quoties opus fuerit tueri et defendere, bonaque praefata munda et libera facere, Nec debet idem recognoscens cum suis posteris eidem Blazowski et posteris eius in dictis bonis post acceptam possessionem quovis modo vi aut iure inmuniari, et pacificam possessionem praepedire et adimere, sub vadio similis summae triginta florenorum perpetuae monetae polonicae. Insuper praenominatus Herborthowski se successores suos, bonaque sua omnia obligat et inscribit ad manus creditoris praesentis inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia cum decursu unius anni transferre et transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio similis summae triginta florenorum perpetuae monetae polonicae. Pro quibusquidem vadio et vadiis ex quacumque re et causa succubitur et succumbendo si se praenominatus Herborthowski cum sua posteritate eidem Blazowski vel successoribus eius citare praemiserit, extunc inherendo in toto suo priori recessioni coram praesentis Castrensi Praemisliensi officio cui se (actus praesentis respectu) cum bonis et successoribus suis quo ad respondendum pro praemissis subiicit et incorporat, in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere et rudere, ac per praefato vadio et vadiis ab officio illo ad quod citabitur cum suis successoribus non recedendo re ipsa satisfacere tenebitur et successores tenebuntur, omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus, evasionibus, suspensionibus, motionibus et appellationibus earumque per ad citationes prosequutionibus, aliisque iuris et facti beneficiis abrenuntiando, ac aliis etiam dilationibus ex industria humana exquisitis excogitatis et excogitandis, de iureque et consuetudine dari solitis non utendo sive quorumque successorum sub amissione totius causae. Nulla praescriptione terrestri in praemissis omnibus obstante. Quod memoriali firmatum est.

Skorutha quietat Castrensem Praemisliensem

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensi Praemisliensi Quosvis

729 727